

ἡεῖν χεῖρες appellantur, generositate, eorundemque propinatione. Jucundum quoque est & salutis spem promittit, si aegroti ad oblata se bene habeant. Medicus prudenter quando agit, resque feliciter succedit, DEUS habetur, & teste *Celsô libr. 3. de re medicâ cap. 4.* officiô suô secundum Asclepiadem ritè fungitur, & CITÒ, TUTÒ & JUCUNDÈ curat.

CAPUT XXXVIII.

Methodus Helmontiana negligitur.

Helmont indicationem ab Archæi furore & corruptione deducendam, curationemque ad alterati Archæi restitutionem restringendam esse asserit *librô de febris.*

Alibi indicationem in febris curandis per sudorem extollit, dùm Archæus propriâ thymosi seipsum accendit, calidumque sudorem profundit, sicque medico viam monstrat, per quam febrilis calor sit expellendus.

Verum enim verò sententia hæc Helmontiana formosa licet videatur, tam debilis tamen est, ut vel levi impulsu tota penitus diffiliat. Archæus in generatione horum morborum tantum nec potest, nec valet. Soli sudori nec omninò est fidendum.

CAPUT XXXIX

causas curationis proponit & materias præsidiorum ex chirurgiâ exhaurit, in specie venæ sectionem.

A ἡ φύσις νόσων ἰατρείη. *Natura morborum curatrices.* In ardente

K